

ТОВАРИСТВО »ПРОСВѢТА« В УЖГОРОДѢ  
ЛИТЕРАТУРНО-НАУКОВЫЙ ОДДѢЛ.

---

DUCHNOVICS  
ALEXANDER  
AUTOBIOGRAPHIA

ДУХНОВИЧ  
АЛЕКСАНДЕР  
АВТОБІОГРАФІЯ



1

9

2

8

---

КНИГОПЕЧАТНЯ »СВОБОДА« В УЖГОРОДѢ

## **Выдана Т-ва «Просвѣта» в Ужгородѣ:**

В память выначных роковин — 125 лѣтъ з дня народження будителя руського народу — батька Александра Духновича не забудьте замовити великий портрет А. Духновича за 6 Кч, з пересилкою а також сесѣ книжки, — выдана Товариства «Просвѣты» в Ужгородѣ.

### **Поезіѣ Александра Духновича.**

*Стор. 91. форм. 8°. Цѣна 8 Кч.*

В сѣй книзѣ збрано його поезіѣ. В книжкѣ подав Д-р Тихий опис житя и поясненя до поезій.

### **Добродѣтель превысшает богатство.**

*Написав: А. Духнович.*

*Игра в 3 дѣйствіях. Ст. 52, фор. 8°. Цѣна 3 Кч.*

Песа назначена для селянских театрѣв и розкрывае житя пѣдкарпатского народу.

### **Памяти Александра Духновича.**

*Написав: А. Волошин.*

*Стор. 30, форм. 8°. Цѣна 2 Кч.*

Великому сынови своего народа присвячено сесю книжку. В нѣй описано его житя, его праця и думки и выяснено его значѣня для руського народа.

### **Хоры на слова А. Духновича.**

*На день 125 лѣтнего юбилею А. Духновича. Ст. 54. Цѣна 25 Кч.*

В збѣрнику умѣщенѣ хоры мѣшанѣ, мужескѣ, дѣточѣ и соло таких композиторѣв.

### **Автобіографія А. Духновича.**

З портретом поэта и выображенем першоѣ стороны рукопису А. Духновича, що хорониться в музею Товариства «Просвѣта»

*Має 20 стор. цѣна 2 Кч.*

### **Будители Пѣдкарпатскоѣ Руси Александру Духновичеву.**

Ода в 14 главах присвячена памяти А. Духновича. Написала Марійка Пѣдгорянка. Цѣна 3 Кч. Краснѣ поезіѣ. З них дише на нас знайома своѣми простыми и мельодійными дѣточими вершами Марійка Пѣдгорянка, якѣ так лагѣдно и красно выливаются из уст дѣтей при их декламаціях.

З замовленями належить звертатися на адресу издавництва: Товариство «Просвѣта» Ужгород, Раковци ул. 22.

Можна купити також у всѣх книгарнях Пѣдкарпатскоѣ Руси.

ТОВАРИСТВО «ПРОСВѢТА» В УЖГОРОДѢ  
ЛИТЕРАТУРНО-НАУКОВЫЙ ОДДѢЛ.

---

DUCHNOVICS  
ALEXANDER  
AUTOBIOGRAPHIA

ДУХНОВИЧ  
АЛЕКСАНДЕР  
АВТОБІОГРАФІЯ



1

9

2

8

---

КНИГОПЕЧАТНЯ «СВОБОДА» В УЖГОРОДѢ

FL 604



2045

## Передне слово

Товариство «Просвѣта» в Ужгородѣ, котре найбольше причинилося до спопуляризованя творѣв будителя Пѣдкарпатскоѣ Руси, выдавши його «Поезию» та його драму «Добродѣгель превысшае богатство», выдае отсим в 125-ну рѣчницю його уродин його автобѣографію.

Автобѣографія А. Духновича написана по латинѣ. Перша картка сеѣ автобѣографіѣ мае ч. 93 и слѣдуючѣ до стороны 120, е она отже вырвана з якогось довшого рукопису, писаного на картках формату 4<sup>о</sup>.

Латинскій текст передаемо без жадных змѣн, затримуючи навѣть нынѣ вже не уживану систему интерпункціѣ и писаня великих початковых букв в словах як *Sacerdos*, *Philosophia* и т. д.

Побѣч латинского тексту даемо и рускій переклад, в якому старанося довгѣ, тяжко збудованѣ латинскѣ реченя розбити на коротшѣ, щобы були приступнѣ та легко зрозумѣлѣ. При тѣм старанося, щоб переклад був як найвѣрнѣйший, переложив А. Дѣдик проф. гимн. в Хустѣ.

Коли написано отсю автобѣографію? Подѣѣ доведенѣ в нѣй до 1861. року, а що А. Духнович помер 1865. р., то найблизше будемо до правды, коли скажемо, що написано еѣ перед смертю. Писано еѣ за двома наворотами, на що вказуе сам змѣст и почерк пера. Перша частина оповѣдае до року 1844, коли повернув до Пряшева назад. Почерк пера дбалый й подѣѣ оповѣдженѣ супокійно. Од мѣсця: *Et sic 1-ma Januarii 1844...* почерк пера бѣльше недбалый, реченя будованѣ недбало, важнѣ подѣѣ поминаються. Прим. не згадано при подѣях 1848—1849 р. Адольфа Добрянского, хоч згадується при кѣнци именованя менше важных урядникѣв и т. д.

Товариство «Просвѣта» выдае отсю автобѣографію як причинок до спѣзнаня особистости А. Духновича, до спѣзнаня односин, серед яких жив та як дивився на подѣѣ свого часу. Выдае в тому переконаню, що ся автобѣографія дасть основу до написаня критичноѣ бѣографіѣ А. Духновича, якоѣ доси ще не маемо.

Ужгород, 20. апрѣля 1928.

В. Б.



# Duchnovics Alexander,

natus in Comitatu sempolitensico  
Vico Topolya in mansione pidi Deshid  
dicte die 24<sup>te</sup> Aprilis anno 1803. Pa-  
tre Dositro Duchnovics Sacerdote rui-  
thensico Topolyens, recte eo tempore ad  
Parochiam Gytakeem (Старуна)  
translato, & Maria Gerberg, Joann<sup>is</sup>  
Gerberg Parochi pro tunc Gyogyassi-  
ensis filia, baptisatus die 1<sup>ae</sup> Maji  
ejusdem anni per Michaelem Pusa,  
Parochum eorum Honversem, qui  
pauca Klenovam translatus fuit.  
Ternantibus Alexandro Sirkmay  
& Clara Dellovics. Pater filium su-  
um secundogenitum studiosissime

Перша сторона автобіографіі А. Духновича  
(зменшена).

2007



*АЛЕКСАНДЕР ДУХНОВИЧ*  
*24. IV. 1803. — 29. III. 1865.*

## DUCHNOVICS ALEXANDER,

natus in comitatus Zempliniensis vico Topolya in montis pede Beskid dicti die 24-ta Aprilis anno 1803. Patre Basilio Duchnovics Sacerdote ruthenico Topolyensi, recte eo tempore ad Parochiam Sztakcsin (Сраччинъ) translato, et Maria Gerbery, Joannis Gerbery Parochi pro tunc Györgyössiensis filia, baptisatus die 1-ma Maji ejusdem anni per Michaelem Puza, Parochum eotum Krivensem, qui postea Klenovam translatus fuit, — levantibus Alexandro Szirmay et Clara Bellovics. Pater filium suum secundogenitum studiosissime (94 cr.) in nationali ruthenica litteratura excoli curabat, ideo prius domi ipse pro Magistro se filio obtulit, dein scopo ulterius discendi expedivit ad Patrum Matris Sztarinensem, et post haec ad avum eotum jam Klokocsoviensem Parochum, priorem Demetrium, posteriorem Joannem Gerbery, ubi absolutis ruthenicis elementaribus notitiis, tandem anno 1813-tio devexit Unghvarinum, ubi sub Magistris Joanne Benyovszky, et Antonio Böm (Beöhm) normales classes tribus annis frequentare debui et sic translatus ad Gymnasiales scholas, sub Magistris Ecker excapucino, Michaele Polyankay, Ignatio Kiszely, Georgio Durányi, et Michaele Povolnij integrum gymnasialem terminavit<sup>1)</sup> cursum.

(95 cr.) Juveni jam anno 1816-to amara advenit sors, eodem numque anno charissimo, et studiosissimo Parente orbatus, quem immisericors Typhus e vivis eripuit, mihi ipsi relictus, optima Genitrice curam sex prolium gerente, me omnium seniore ad petendam coegit clericam, et ideo quamvis Geometriae studium praelegerim, Matris voluntati parendo, anno 1821. Eperjessini me insinuavi, et per Episcopum Gregorium Tarkovics receptus, albo Cleri inscriptus, cum stipendio 150 flnor valutatum Philosophiae duobus annis studui Cassoviae, anno dein 1823. ad studia Theologica in Seminarium Unghvarinense dispositus, anno 1827. absolutis Theologicis studiis, eotum ad officium Dioecesanum (95 cr.) in qualitate Actuarii applicitus, qualemnam navaverim operam, Protocolla Dioecesana testentur. Ast ardua fuit mihi sors in Dioecesano officio, quamvis enim, fateor, solertissimam ad latus eotum Secretarii Basili Popovics in laborando operam dederim, quamvis diu noctuque non quieverim, quamvis a principali meo multis laudibus praemiatus exstiterim, attamen ne uno quidem denario recreatus, multam experiri debui tristem inopiam, ipsis jam vesticulis laceratis, aliquo tempore (verum dico ad conscientiam) nudipes domi haerendo, scripsi tamen solertissime, nullum juvamen, nulla misericordia erga me sed insuper Episcopus, curiosae indolis homo, e mera stipticitate, victum et hospitium denegabat; — Frustra recurri supplex pro coope-

<sup>1)</sup> В текстъ: terminavi, але поправлено: terminavit.



## АЛЕКСАНДЕР ДУХНОВИЧ

уродився в земплинській жупі, в селі Тополя, у стіп гори званої Бескидом, дня 24. апріля 1803. р. Отець його Василь Духнович був руським священником в Тополі, згідно в тій часі переведений до парохії Стакчин, мати Марія Герберія, була донькою Івана Герберія, тоді пароха дьордянського. Дня 1. мая того року охрестив його Михайло Пуза, тоді парох кривуцький, котрий був пізніше перенесений до Кленової, а хрестними родичами були Александер Сирмай і Клара Беллович. Отець змагався як найстаранніше виховати свого, другого з ряду, сина в руськом національнм письмі і тому сам найперше дома учив сина, а пізніше послав його на науку до стрія матери в Старині, Дмитра Герберія, тоді вже пароха Клокочовського. По скінченю там по руськи початкових вѣдомостей одвѣз його отець 1813. р. до Ужгороду, де під доглядом учителів Івана Беньовського і Антона Бема скінчив за три роки народну школу і перейшов до гимназії, яку покінчив без перерви під учителями Екером, бувшим капуцином, Михайлом Полянком, Ігнатом Киселем, Юрієм Дуранієм і Михайлом Повільним.

Та вже мене молодого хлопця постигла 1816. р. гѳрка доля. В тій роцї утратив я найдорожшого і любимого отця, якого вярвав з межі живих немилосердний тиф і так остався я сиротою. Найдорожша мати, на яку впала вся жура о шестеро дѳтей, спонукала мене, як найстаршого из всѳх, ити на богословскї студії, і тому я, хотїя мав намѳр посвятитися судїям землемѳрства, повиновався волѳ матери. В р. 1821. пошов я до Пряшева, а прийнятий єпископом Григорієм Тарковичем до бѳлого клеру, из стипендією 150 флоренѳ удався до Кошиць на два роки на филозофичнї студії. Опѳсля 1823. р. перейшов я на богословскї студії до ужгородської семинарії. По скінченю студій придѳлено мене як урядника до дієцезіальної канцеларії на посаду актуара, а як пильно я там працював, най посвѳдчать протоколи дієцезії. Однак тяжка була моя доля в єпархіальнм урядѳ. Бо хотїя я, признаюся, при тодѳшнм секретарю Василю Поповичеві, дуже старанно працював, хотїя нѳ в день, нѳ в ночи не спочивав, хотїя мене мѳй начальник много раз похвалив, не дѳстав я анѳ одного денара нагороды і мусѳв тяжкоѳ нужды зазнати; вже й сама одежина подерлася, а нераз (кажу правду по совѳсти) сидячи дома босий, писав все таки дуже старанно, і не лиш що не зазнав жадної ласки і милосердя, але ще й противно єпископ, чоловік дивної вдачѳ, з чистої скупости одмовив менѳ харчѳ і хату. Недармо я

ratura aliqua, frustra petii Beneficium Zsolczense, (97 cr.) et Valcoviense eorum vilissima, frustra qualem talem applicationem, quia nulla ex parte consolatio venit, sed potius crudissimum experiri licuit a Praesule tractamentum, nihil juverunt preces, nihil abunde profusae lacrymae, nihil solatii tulit studium, et diligentia, ut adeo persvaderi debuerim, infausto me lucem conspexisse planeta, infausto sidere ortum! Quid igitur jam agendum fuit, omnis applicatio mihi denegata, neque dimissio ad aliam Dioecesim, ad quam libenter receptus exstissem, concessa est, torqueri tamen in perpetuum juveni homini fuit jam supra humanas vires! Quid inquam agendum fuit? Quam frustum panis querere, et ideo cum fine mensis octobris anni 1830. deliberato animo reliqui locum torturae, et nemine salutato (98 cr.) inter amaras lacrymas, mutuato mihi ab Athanasio Jaromisz Administratore Parochiae uno floreno, lacer et seminudipes, qua profugus veni Unghvarinum, per Episcopum ejatem, qui me jam in Seminario personaliter noverat, affabiliter susceptus, et statim ad Clerum quoque Dioecesis Munkacsiensem cum assecuratione receptus fui; ast Episcopo Gregorio Tarkovics contra hoc protestante Dimissionemque dare nolente, effectus sum quasi vagus, nullibi habens applicationem! Ast providentia Divina et hic extendit in miserum beneficium lumen, quia Comitatus Unghvarinensis Vice Comes, Stephanus Petrovay recepit insontem sub suam protectionem, in Domum suam recipiendo, tradidit mihi septennem (99 cr.) filiolum suum Acatium pro educatione; cui ego, qua exul gratus fieri volendo, filiolum ejus plus adhuc quam nefors proprium juxta optima Poedagogica excolui principia, perduxique in virum doctum, et solidum, una vero Domus honoratissimae amicus factus, cujus amicitiae nexu acto quoque gloriari mihi solatio est; per nexum igitur Domus Petrovayanae contraxi mihi notitiam cum tota Comitatus Unghensis, Bereghiensis, Zempliniensis, et Zabolchiensis nobilitate, Domibusque nobilium Dynastarum, queis hodie sum amicus.

Inter haec Episcopus Tarkovics anno 1833-tio me in Dioecesim revocavit, et ego qua obediens filius redivi Eperjessinum, novitus in (100 cr.) officio Dioecesano reapplicitus; ast novitus renovata est Episcopi vindicativa indoles, qui continuo miseriam suam adferendo, victum modicum infausto denegare caepit, atque exesse me voluit; eo tempore defunctus est praestans Parochus Komlossiensis Stephanus Szkorodinszky, et ego supplex resolutus sum in qualitate Administratoris ad viduam, ejus quinque prolium Matrem, ubi unum exegi annum, cum vidua, et prolibus simul, victu misero per ejatem Cantorem provisus, et officio Parochiali assidue occupatus; — ast ad Beneficium isthoc Josepho Paulovics praesentato, post decursum unius anni dispositus exstiti ad vacans Beneficium Belovezsense, quod tribus annis ideo vacaverat, quia nullus illud acceptare voluit, in quo Beneficio (101 cr.) Oeconomico, et nulla pro tunc congrua proviso, miser oeconomiae ignarus, utensilibus, et pecore, instrumentisque oeconomicis destitutus, quatuor annorum cursum transegi.

Hic certe flebilis fuisset misero exuli sors, quia Beneficium nec tantum inferebat, quantum ad quotidianas sufficeret necessitates, at et hic Divina custodivit clientem suum Providentia; vicinus etenim

благав о яке небудь сотрудицтво, надармо просив о дуже незначнѣ тодѣ парохіѣ жащѣвську и волкѣвську, надармо о яке небудь примѣщеня. И не лиш, що не зазнав якоѣ небудь полекшѣ, але радше, можна було вѣд епископа зазнати як найжорстокѣйшого обходженя. Нѣчо не помогли прошеня, нѣчо надто богато пролятых слѣз, нѣчо стараня потѣшити себе и пильнѣсть, — що я вже до такого переконаня мусѣв дѣйти, що я в нещасну планету узрѣв свѣт, в нещасну годину вродився. Шож отже мав я робити! Одмовили менѣ всякого примѣщеня та ще й одпущеня в другу епархію, де мене були бы радо приняли, а мучитися на вѣки молодому чоловѣкови було вже понад людскѣ силы! Шож отже (думаю собѣ) мав я иншого робити, як шукати куска хлѣба. Итому при кѣнцѣ мѣсяця октября 1830. р. роздумавши добре полишив я мѣсце муки и з нѣким не попрашавшия, серед гѣрких слѣз, з позиченым у Атанасія Яромиса, администратора парохіѣ, одним флореном, обѣрванный и на пѣв босый, як збѣглець прийшов до Ужгороду. Тамошний епископ, що пѣзнав мене особисто ще в семинаріѣ, приняв ласкаво и сейчас навѣть перебрав у клир мукачѣвскоѣ епархіѣ, але з застереженем. Тому однак, що епископ Григорій Таркович тому спротивився и не хотѣв мене одпустити (з епархіѣ), остався я гейбы волокита, не маючи жадного примѣщеня. Але Боже провидѣня и тут ласкаво засвѣтило на нещасного. Вицежупан ужгородскоѣ жупы, Стефан Петровай, взяв мене невинного пѣд свою опѣку, приняв мене до свого дому и повѣрив менѣ вихованя своего семилѣтного сына, Акакія. А я як выгнанець, бажаючи йому оддячитися, виховав його сына, може навѣть лѣпше як бы своего, по найлѣпшим основам педагогики и вывѣв на мужа ученого и солидного. Заразом стався я другом дуже поважаного дому и менѣ приемно навѣть похвалятися заключеными звязками сеѣ приязни. Через звязки дому Петровай познакомився я з усѣм панством жуп ужанскоѣ, бережскоѣ, земплинскоѣ и саболчскоѣ, з домами аристокраціѣ, з котрыми я ще до нынѣ живу в приязных зносинах.

Мѣж тым в р. 1833. епископ Таркович призвав мене назад до епархіѣ, и я як слухняный сын, вернувся до Пряшева, опять назначеный до епархіальноѣ канцеляріѣ, тай опять обновилася мстива вдача епископа, котрый безперестанно показуючи свою злѣсть супроти мене, почав и невеличкий харч нещасному одмовляти тай хотѣв, чтобы я ишов геть. В тѣм часѣ помер вызначный парох комлошский, Стефан Скородинский, и я покѣрный був назначеный за администратора до вдовы, матери пятеро сирѣт. Там я й прожив один рѣк из вдовою и сиротами разом. Бѣдненький харч достарчав мѣсцевый пѣвець, а я безупинно був занятый дѣлами парохіѣ. Але и сесю парохію дѣстав Йосиф Павлович. По уплывѣ одного року переложено мене на опорожнену парохію бѣловежську, що вже три роки була опорожнена, бо нѣхто не хотѣв еѣ принять. В тѣй парохіѣ, яка тодѣ жадных доходѣв не давала, я нещастник необзнакомленый из господарством, не маючи навѣть харчѣв, анѣ худобы, анѣ господарских знарядѣв, прожив чотыри роки.

in Possessione Komarov Dominatus, seu duo nobiles Josephus et Ernestus Bideskuty in protectionem receperunt pauperem Sacerdotem Belovezsensem, et praeter multa beneficia in utraque aula victum liberum obtulerunt, quibus pro beneficio hoc non cessabo omnimodis dum vixero rependere grates. Populus quoque gratitudinem Pastorem (102 ct.) suo testabatur omnimode, et ideo locus hic ingratus nequaquam fuit solitario homini, qui solitudinem suam studiis, praesertim vero botanica, et horticultura adeo mitigavit, ut nunquam se solum fuisse senserit.

Non erit hic abs re praenotare unam praevisionem, quae mihi anno 1829 in officio Dioecetano existenti evenit; scilicet certa nocte recordor in hyeme in somnio apparuit mihi Belowezsa, quem locum nunquam vidi, neque unquam nomen ejus mihi incidit, et tamen videlicet lapidosam viam, vidi totam possessionem, vidi Ecclesiam cum quinque Turribus, vidi Domum Parochialem rancidam videlicet rusticam Domunculam, vidi hortum, et saxa, et locus hic apparuit mihi velut carcer, quo ego reclusus eram, deductus in somnio eorsum postquam mihi dictum fuisset, hanc fore meam habitationem, animo (103 ct.) commotus, lacrymas fudi exclamando: haec est igitur mea Insula Helena! et tunc genius quidam cum consolatione accessit, insusurrando luge, non ejula, hic tantum quatuor moraberis annis, post annorum quatuor decursum, eliberaberis, et bene tibi futurum est. — Illud fuit somnium Eperjessini anno 1829-vo et ecce anno 1834. dispositus Belowezsam dum locum ipsum cernerem, redit inopinate memoria somni, et ipse invitatus exclamavi: haec ergo est mea Insula Helena! sed rediit una consolatio, scilicet quatuor annorum mora; — et effective 1-ma Aprilis 1838-vo evocatus per neonomiatum Episcopum Munkacsensem, Beneficio hoc relevatus, quod a 1-ma Aprilis 1834 usque 1-ma Aprilis 1838 tenui, somnii effectum expertus, populo meo in aeternum valedixi.

(104 ct.) Evocatus inquam per Episcopum Munkacsensem, obtentis ab ordinariatu Eperjessensi Dimissorialibus, Unghvarinum petii, ubi in qualitate Notarii Consistorialis applicitus a die 23-tia Aprilis 1838, usque 1-ma Januarii 1844 munere hoc, mihi percharo functus, quamvis die 11-ma Aprilis 1843. in Scholasticum Canonicum Eperjessensem benigne nominatus, 23-tia Julii ejusdem anni 1843, etiam installatus fuerim.

De transitu ad Dioecesim Munkacsensem id tantum praenotare sufficiat; quod nemini commendem ex una Dioecesi in aliam migrare, et praesertim majusculum possidere beneficium; si enim hucdum inimicis caruit, certe in alieno loco innumeros inveniet.

(105 ct.) Et sic 1-ma Januarii anno 1844 incola Eperjessensis novitus factus, munus meum cum zelo, et solatio obire contendi; — Anno dein 1846. erga benignas die 7-ma Maji dicti anni emanatas collationales Regias, die 13-tia Junii in Custodem canonicum, anno vero 1851. erga benignas die 24-ta Julii anni 1850 emanatas collationales, die 4-ta Februarii in cantorem canonicum, ac tandem erga

Тут напевно бувбы нещастный выгнанецъ зазнав гѣдноѣ оплаканя судьбы, бо парохія не приносила навѣтъ тѣлько доходѣвъ, що высталобы на щоденнѣ потреби, але й тут охоронило Боже провидѣня свого слугу. Сусѣднѣ управителѣ дѣбр Камарова, два паны, Йосиф и Ернест Биденскути, заопѣкувалися бѣдным бѣловежським священником и кромѣ многих добродѣйств, якѣ они учинили менѣ, в обох дворах задармо харчѣ давали, и я за тѣ добродѣйства нѣколи не перестану бути вдячным, як довго буду жити. Також нарѣд при кождѣй нагодѣ показовався вдячным своему пастиреви. То мѣсце не було зовсѣм неприемным для самотного чоловѣка, що свою самотнѣсть злагоднѣовавъ студіями, передовсѣм ботаники, а також огородництва до тоѣ степени, що нѣколи не чувся самѣтним.

Не од рѣчи буде згадати тут сон, що приснився менѣ ще 1829. р., як я був в епархіяльнѣй канцелярѣй. Отже одноѣ ночи, пригадаю собѣ, в зимѣ, явилася менѣ Бѣловежа, якоѣ я нѣколи не видѣвъ и якоѣ имя нѣколи й на думку не прийшло, а однакъ видѣвъ у снѣ каменисту дорогу, видѣвъ цѣлу околицю, видѣвъ церков з пятьма вежами, видѣвъ вонючий дѣм парохіяльный, то е сѣльску хатину, видѣвъ город и скалы, и се мѣсце видалося менѣ як тюрма, в котру я замкнений. Опѣсля коли мене одпроваджено туды у снѣ и сказано, що там буду жити, переляканий заплакавъ з окликом: Се е отже мѣй остров Гелены! И тодѣ якийсь геній приступив до мене з розрадою, шепчучи: Не вдавайся в тугу, не рыдай, там будеш проживати лише чотыри роки, а по уплывѣ чотырьох лѣтъ освободишься и буде тобѣ добре. Сей сон приснився менѣ 1829. р. и ось в р. 1834., в часѣ, як я переложений до Бѣловежѣ, оглядавъ сю околицю, пригадавъ менѣ нагло сон и я мимоволѣ крикнувъ: Се е отже мѣй остров Гелены: Але пригадалася разом и розрада, що се тѣлько на протяг чотырох лѣтъ. И дѣйсно 1. апрѣля 1838. р. одкликавъ мене новоименованный мукачевський епископ и я звѣльнений из тоѣ парохіѣ, яку я подержав од 1. апрѣля 1834. р. аж до 1. апрѣля 1838. р., переконавъся о сповненю сну и на вѣки попрацавъся з своѣм народом (парохіянами).

Завѣзванный, як я сказав, епископом мукачевським та одержавши одпущеня од ординарїату в Пряшевѣ, пѣйшов я до Ужгороду и там примѣстили мене як нотара консисторіѣ. Тут занявся я щиро приемною для мене службою од дня 23. апрѣля 1838 р. аж до 1. януара 1844. р., хотяй дня 11. апрѣля 1843. р. именовали мене ласкаво каноником схоластиком, а 23. юлія тогож року вже й инстальовали мене.

О переходѣ до мукачевськоѣ епархіѣ выстарчилобы ще тѣльки то замѣтити, що нѣкому не радивбы я переходити из одноѣ епархіѣ у другу, а передовсѣм зайняти трохи бѣльшу парохію, бо як досѣ ты не мав ворогѣвъ, то напевно на чужѣм мѣсци будеш мати их без числа.

И так дня 1. януара 1844. р. стався я знов жителем Пряшева, нову службу старався я з радѣстю сповняти. Пѣзнѣйше 1846. р. з божѣ ласки королѣвською дипломою з дня 7. мая згаданого року

benignas collationales die 18-ma Augusti 1857. emanatas, die 15-ma decembris ejusdem anni 1857 in Lectorem Canonicum promotus exstiti.

Inter memorabilia vitae meae fata referre sustineo, quod a parte Capituli Eperjessiensis, ad Comitia Regni Anno 1847 et 1848 continuo celebrata Posonium missus, qua Ablegatus Comitialis spatio 6. mensium Posonii habitaverim, taliterque Capitulum Eperjessense in Comitibus Regni, qua primus et ultimus (106 cr.) Ablegatus representaverim.

De Comitibus his breviter sufficiat praenotare, quod haec Constitutioni avitae hungaricae, quasi praedestinato jam fato, finem imposuerint, invadente etenim Patres Patriae, ut vere dixerim, Nationalitatis rabie quapiam, cuncta susdeque reformandi idea assumpta, praeeunte Ludovico Kossuth, cum sibi similibus proletariis sociis, in consultationibus publicis, non tam consilia, quam potius vis, et insolens quodpiam virus praevaluerat, inconsiderata juvenus, ex omni Regni parte confluens, ingente clamore, et incondito ejulatu bonis consiliis obstitit, ut adeo viro de bono Patriae vocem levare volenti, non fuerit possibile proloqui; vota saniaris partis, Ecclesiasticorum videlicet, et (107 cr.) Civitatum nihili pendebantur, neque in numero votorum quidpiam ponderabant, utpote simpliciter rejecta. Ad Castra male contentorum transibat multitudo magnatum, et praenobilium, reformationem constitutionis adeo obscure expostulantium, ut reipsa soli semet haud intellexerint, sed veluti passivae Ludovici Kossuth machinae hucilluc ferebantur, ut agitata vento folia; Infausti hi Patres conscripti pro principio sibi statuentes. Magnum Magyaricum condere Imperium, deliberantes; ut unica lingua Magyarica imperium habeat, omnisque incola linguam hanc discere, imo statim etiam loqui incipiat, vi cujus principii decretum animis fuerat, ut Regnum Hungariae velut independens ab Imperio Austriae segregetur, per proprium Ministerium Hungaricum gubernandum.

(108 cr.) Exstimulabat ignem animorum imaginativa cujuspian libertatis spes; libertasque in speculo perversitatis fulgebat, idque sub specie Democratiae, quae vera Daemonocratia jam apparuit, presertim apud agitatam juventutem, cui nihil sacrum, nihil honestum manserat, praeter Magyarismum et libertatem! Ubi reipsa ad invidiam totius Europae, Hungaria pro Nobili homine fuerat verus Paradisus, de qua tradebatur, quod extra Hungariam non sit vita, et si est vita, non est ita.

Sed eheu veterascit apud mortalem hominem etiam boni usus, et dulcedo melis per longam moram fit amara! — Nobilitas Hungariae sub specie imaginativae cujuspian libertatis, majore e parte castra Kossuthiana secuta, sola contra se bellabat, rejiciendo veram suam libertatem, semet praecipitare contendebat; — et his principiis agitata Hungaria passu lento adscivit Revolutionem.

од дня 13. юнія именовано мене каноником кустосом, в роцѣ 1851. каноником кантором дипломою з дня 4. фебруара 24. юлія 1850. р., а вкѣнци дипломою з дня 18. августа 1857. р. именовано мене каноником лектором и уведено в той уряд дня 15. децембра 1857.

Мѣж подѣями мойого житя, гѣдними спомину, уважаю ту, що мене прятшѣвська капитула выслала як свого представника (посла) до краєвого сойму, якого засѣданя одбувалися безперерывно протягом 1847. и 1848. р. в Братиславѣ, де я як посол перебув 6 мѣсяцѣв и таким чином був першим и послѣдным представником прятшѣвскоѣ капитулы в краевѣм соймѣ.

О том соймѣ булобы доволѣ замѣтити, що вѣн неначе судьбою наперед назначеною, зробив конець тѣй давнѣй угорської конституціѣ. Бо послы, щобы правду сказати, захопленѣ якоюсь національною скаженостю, пѣд проводом Людвика Кошута, разом з подобными собѣ прихильниками пролетаріату, перенялися идеєю все и всюды основно зреформувати. На явных нарадах мала перевагу не так розвага, як радше насильство и якась незвычайна злоба. Нерозважна молодѣж, що зѣбралася из всѣх сторѣн державы, великим криком и безосновными окликамы перешкаджала добрым нарадам так, що навѣть як хтось и хотѣв промовити про добро вѣтчины, не можна було й слова сказати. Нѣхто не уважав на голоса розважнѣйшоѣ частины як духовноѣ так и свѣтскоѣ, и анѣ трохи бодай не обговорювали яке небудь внесеня, а уважали його вже згоры вѣдкиненым. До табору невдоволених перейшла бѣльшѣсть магнатѣв и шляхтичѣв, котрѣ так заслѣплено домагалися змѣны конституціѣ, що й самѣ себе не розумѣли, а лише як пасивна машина Людвика Кошута то сюды то туды хиталися, як листья пѣд подувом вѣтру. Нещаснѣ сѣ послы, що поставили собѣ за принцип оснувати велику малярську державу, и рѣшили, що тѣльки одинока малярська мова мае запанувати и що кождый горожанин мусить и то сейчас зачати учитися сѣ мовы, и нею навѣть розмовляти. Пѣд напором сего то принципу рѣшили, щобы корѣльство угорське одорвалося од Австріѣ як самостѣйна держава, якою мае управляти власне угорське правительство.

Уявлена надѣя якоѣсь свободы роздувала их душевный огонь; свобода блещѣла в зеркалѣ перевертности (безглуздя), и то у видѣ демократіѣ, яка являлася вже дѣйсного демонократією, особливо у розбурханоѣ молодежи, у котроѣ не осталось нѣчого чесного, нѣчо святого кромѣ маляризму и свободы! Коли то на злѣсть цѣлоѣ Европы для шляхотного чоловѣка Угорщина була правдивим раем, про яку говорили, що поза Угорщиного не мае житя, а коли й е житя, то не таке.

Але гей-гей проѣдаєся чоловѣкови навѣть добро, и солодоц меду по довгѣм часѣ стаєся гѣркою. Угорська шляхта пѣд впливом якоѣсь вымрѣяноѣ свободы, перейшовши в бѣльшости в табор Кошута, сама проти себе воювала, одкинувши правдиву свободу, змагалася себе саму запропастити и пѣд впливом тых принципѣв поволи перейшла до *революціѣ*.

tera eo stultitiae devenerunt Kossuthiani asseclae, ut detronisationem optimi ac devotissimi Regis Ferdinandi-ti decreverint, et publicaverint, independens a Dynastia Habsburgica, Regnum Hungariae proclamando, et super hocce facto, triumphum canendo, cum rabie quapiam exultaverint; — Civitas Cassoviensis majori in parte revolutionariis adhaerens, splendide fuit illuminata, et nos in hac exultatione non populi sed potius gregis vino tumentium vagabundarum, cum jubilo ducebamur per plateas, forsitan malevolorum victima futuri, nisi ab impetu rabidi vulgi per ductores nostros defensi fuisset. Tunc recorder, lacrymas fudi amaras, et insans exclamavi: „si est dolor, sicut dolor meus!“ Inter haec deducti fuimus ambo, et tertius socius Mercator Eperjessiensis Mittermann (114 cr.) ad domum Civicam Cassoviensem, et in Cubili Communitatis praecclusi, applicita custodia, duobus videlicet Hajdonibus in cubili gladiis armatis, et duobus politiae servis extus ad januam repletis sclopis nos custodientibus! Haec acta sunt 27-ma et 28-va Aprilis, die vero 29-na socio doloris Andrea Krasznyanszky ad Carceres Kallovienses expedito, ego deductus fui ad Seminarium absque custodia, ubi mansi in Cubili Deficientium usque 5-tam Maji, per Rectorem Seminarii Canonicum Adamum Solcsányi, qui partem doloris mei fraterne caepit, pro possibili favorabiliter tractatus. Hic inquam sine custodia mansi, unice exitus liber mihi denegatus fuit; die vero 5-ta Maji, expetito a Commissario Barone Luzsinszky indultu domum penes secretam tamen assistentiam remissus, Eperjessinum appuli, (115 cr.) ubi sub vigili oculo detento, exitus e Civitate mihi denegatus fuerat.

Non obliviscor adhuc unius tristissimi eventus memorare, videlicet, dum die 27-ma Aprilis opprobriose ducerer, inter caeteras in solentias guerillarum, et maxime Polonorum, in colle Drinoviensi accessit me certus rufus Polonus, quem Capitaneum dicebant; hic homo nequam crudissimis me excepit expressionibus; blaspheemabat, illudebat misero, conspuebat, finaliter vero jussit, ut cothurni mihi detrahantur, utve nudipes procederem. Et haec fuit quam maxima tortura! Ast satellitibus cum detractioe cothurnorum nihil proficientibus, finaliter data mihi horribili alapa, secessit luridus Polonus, cui certe optima precatus non sum.

(116 cr.) In nexu memoratae Revolutionis Hungaricae, aut potius belli intestini per malecontentos proletarios suscitati praenotare pro memoria oportet etiam id, quod aliqui e Clero quoque et quidem tam saeculari, quam et regulari in sententiam revolutianorum iverint, nationalitatis videlicet Magyaricae acerrimi defensores, vel vero promotionem vanam sui per rebelles sperantes, qui secus suis meritis spe cuiuspiam ambitiosi domini et secus destituebantur; et triste memoratu, quod in hac quoque Eperjessensi Dioecesi, quae secus e Slavico consistit populo, inventi sint, asseclae Kossuthiani, qui tamen restituta adjutorio subsidionalium Copiarum Russicarum pace, poenas luerunt condignas; ita inter caeteros Ecclesiae hujus Honorarius Canonicus, et Parochus Mikóhaziensis Josephus Bovankovics ad duorum annorum (117 cr.) carcerem in arce Munkacsienſi tolerandum, Josephus vero comes



## Революція!

1848. р. вибухла в Угорщині нещасна революція, що почалася зачѣпками між Хорватами и Уграми, чи пак між Словянами и Мадярами, вибухла формальна внутрѣшня війна, з початку тільки у воеводині сербської коло Дравы и Савы, из обох сторін страшна, а пізніше розшалѣла в цѣлої державі. Про ту війну найпишуть инші, тут досить пригадати, що також в городі Пряшеві були більші розрухи. Горожане Пряшева, з выїмком кількох мадяронів (тому що там не було жадних мадярів) стали по стороні династії и короля, за що були переслѣдовані и часто выставлені на небезпеку зō стороны мадяронів, то є Мадярів з роду славянського и нїмецького. Дня 7. апрѣля 1849. р. в сам день великої латинської суботи угорські (побільшої части Спишскі Нїмці, котрі хоча ані одного слова мадярського не знали, однак любили себе называти Мадярами) під проводом Беницького напали на город Пряшів, який пильно обороняли селяне — Славяне під проводом Бловдека. Беницький мав дві гармати и більше та сильніше військо, а Славяне, бідні добровольці, хоча без військової одежі и без муниції, хоробро ставили опір и обороняли великий мост перед наступом революціонерів од години 10 рано аж до 4 пополудні. В кінці о 4 годині пополудні Славяне запаливши великий мост и утративши тільки двох людей, одступили до Рашавиці, а революціонери утративши 17 людей увійшли в город.

Тай я також мусів зазнати частинно сеї сумної революції, то є за принадлежність до цѣсарського сторонництва, за намовою ворогів, тому що написав руські книжочки, попав в підозрїня. Нещасного дня 27. апрѣля 1849. вхопили мене розярєні Мадяре и найперше замкнули в городському домі, потім того самого дня около першої години одвели з великим опроводом як якого розбійника на місце страчення між чотырма гусарами и двома гарматами, на переді ишов один одділ Поляків, по заду одділ мадярських гонведів, а по боках ескадра гусарів! Нїколи я не забуду сего нещасного дня, 27. апрѣля, який мені вже 50 лїтньому чоловікови спричинив стільки душевного переляку и душевного болю.

Так серед безнастанних насмішок и ганьбливых лайок гордых революціонерів завели мене до першої стації *Лемы* до одного жидівського дому з великою сторожею. Скоро опісля достав я товариша недолі в особі Андрія Краснянського, архидїякона шарішського и пароха когутовецького, латинського обряду, якого з петлею на шиї серед насмішок и надзвычайної радости привели горді революціонери до тої самої жидівської корчмы, де нас голодных під оруженою сторожею задержали до вечера. З сего нещасного місяця одпроведило нас чотырох дїйстных гусарів, котрі однак чесно з нами обходилися, до Кошиць, куды мы прийшли о 11 годині в ночи, де тоді революціонери торжественно святкували детронизацію короля и независимість державы. Бо треба замѣтити, що в парламенті, який перенесено

tera eo stultitiae devenerunt Kossuthiani asseclae, ut detronisationem optimi ac devotissimi Regis Ferdinandi-ti decreverint, et publicaverint, independens a Dynastia Habsburgica, Regnum Hungariae proclamando, et super hocce facto, triumphum canendo, cum rabie quapiam exultaverint; — Civitas Cassoviensis majori in parte revolutionariis adhaerens, splendide fuit illuminata, et nos in hac exultatione non populi sed potius gregis vino tumentium vagabundarum, cum jubilo ducebamur per plateas, forsitan malevolorum victima futuri, nisi ab impetu rabidi vulgi per ductores nostros defensi fuisset. Tunc recorder, lacrymas fudi amaras, et insans exclamavi: „si est dolor, sicut dolor meus!“ Inter haec deducti fuimus ambo, et tertius socius Mercator Eperjessiensis Mittermann (114 cr.) ad domum Civicam Cassoviensem, et in Cubili Communitatis praecclusi, applicita custodia, duobus videlicet Hajdonibus in cubili gladiis armatis, et duobus politicae servis extus ad januam repletis sclopis nos custodientibus! Haec acta sunt 27-ma et 28-va Aprilis, die vero 29-na socio doloris Andrea Krasznyanszky ad Carceres Kallovienses expedito, ego deductus fui ad Seminarium absque custodia, ubi mansi in Cubili Deficientium usque 5-tam Maji, per Rectorem Seminarii Canonicum Adamum Solcsányi, qui partem doloris mei fraterne caepit, pro possibili favorabiliter tractatus. Hic inquam sine custodia mansi, unice exitus liber mihi denegatus fuit; die vero 5-ta Maji, expetito a Commissario Barone Luzsinszky indultu domum penes secretam tamen assistentiam remissus, Eperjessinum appuli, (115 cr.) ubi sub vigili oculo detento, exitus e Civitate mihi denegatus fuerat.

Non obliviscor adhuc unius tristissimi eventus memorare, videlicet, dum die 27-ma Aprilis opprobriose ducerer, inter caeteras in solentias guerillarum, et maxime Polonorum, in colle Drinoviensi accessit me certus rufus Polonus, quem Capitaneum dicebant; hic homo nequam crudissimis me excepit expressionibus; blasphemaebat, illudebat misero, conspuebat, finaliter vero jussit, ut cothurni mihi detrahantur, utve nudipes procederem. Et haec fuit quam maxima tortura! Ast satellitibus cum detractioe cothurnorum nihil proficientibus, finaliter data mihi horribili alapa, secessit luridus Polonus, cui certe optima precatus non sum.

(116 cr.) In nexu memoratae Revolutionis Hungaricae, aut potius belli intestini per malecontentos proletarios suscitati praenotare pro memoria oportet etiam id, quod aliqui e Clero quoque et quidem tam saeculari, quam et regulari in sententiam revolutionariorum iverint, nationalitatis videlicet Magyaricae acerrimi defensores, vel vero promotionem vanam sui per rebelles sperantes, qui secus suis meritis spe cuiuspiam ambitiosi domini et secus destituebantur; et triste memoratu, quod in hac quoque Eperjessensi Dioecesi, quae secus e Slavico consistit populo, inventi sint, asseclae Kossuthiani, qui tamen restituta adjutorio subsidionalium Copiarum Russicarum pace, poenas luerunt condignas; ita inter caeteros Ecclesiae hujus Honorarius Canonicus, et Parochus Mikóhaziensis Josephus Bovankovics ad duorum annorum (117 cr.) carcerem in arce Munkacsienſi tolerandum, Josephus vero comes

з Пешту до Дебрецина, між прочим до такої глупоти дійшли прихвостні Кошута, що ухвали детронизацію найліпшого и найпобожнішого короля, Фердинанда V-го и явно проголосили угорську державу незалежною од габсбургської династії. Из нагоди сеї події оспівуючи побіду раділи з якоюсь то скаженістю. Місто Кошиць, що в більшості належало до сторонництва революціонерів, було ясно освітлене, и ми серед тої невгамованої радости не народу, а радше товпи волоцюг, опямілої вином, коли нас з великим криком вели улицями, легко були би стали жертвою злих людей, якби нас не оборонили були од нападу зв'язаної товпи нашій проводаторів сторожів. Тоді, пригадую собі, заплакав я глибоко из жалем скликнув: »Чи є терпіння, як ось мое терпіння.« Так завели нас двох и третього товариша, прашівського купця, Митермана, до кошицького городського дому и заперли до спільної кімнати, выставивши сторожу а именно двох уоружених в шаблі гайдуків в кімнаті а двох полицейських слуг на дворі коло дверей з набытими крґсами! Се діялося 27. и 28. апріля, а дня 29 товариша недолі, Андрія Краснянського, одвели до Калловської тюрми, а мене без сторожів повели в семінарії, де я остався в кімнаті хворий аж до 5 мая. Ректор семінарії, каноник Адам Солчаній, котрий по братськи одчув мое горе, по можливості прихильно относився до мене. Туй, як я сказав, остався я без сторожів, лише одиноко заборонено мені вільний вихід. Дня 5 мая за дозволом барона Лужинського одпустили мене до дому, однак в супроводі тайної сторожі и так я вернувся до Пряшева, де мене держали під доглядом и заборонили мені виходити з міста.

И досі памятаю один дуже сумний случай, а именно, коли мене дня 27. апріля так соромно вели, між иншими пакостями революціонерів и то найбільше польських, на горбку дриновськом приступив до мене якийсь рудий Поляк, якого називали капітаном. Сей чоловік вылаяв мене дуже грубыми виразами, ганьбив, высмівав нещасного, обплювував, а вкінці приказав стягнути з мене чоботи, щоби я босий ишов. И се було для мене найбільшою мукою! А коли по стягненю чобот, я не міг ити разом з поїпаками, вкінці вдарив мене страшно в лице и одступився од мене рудий Поляк, якому певно я не пожелав найліпшого.

В звязи з памятною угорською революцією, а радше домашньою войною, яку выкликали невдоволені пролетарі, треба на памятку зазначити ще й то, що також деякі из духовенства як монашого так и світського, пішли за духом революціонерів и стали дуже завзятыми оборонцями національності, розумється малярської, в надії здобути собі незаслужене підвищення при помочи повстанців, инакше були позбавлені надії на ліпшу парохію. Та на жалі, також и в сій дієцезії прашівській, що впрочім складається из славянського народу, найшлися прихвостні Кошута, котрі однак, по приверненю мира при помочи російських війск, одпокутували одповідну кару. Так між иншими з сеї

Kreith eotum Parochus Matiszoviensis ad sex annorum carcerem in Fortalitio Josephstad subeundum condemnati exstiterint.

Revolutione Magyarorum sopita, successit provisorium Regimen germanicum, in Officiis et Scholis inducta est lingua germanica, systema Bachianum et Hungaria tota Germanis repleta fuit, horrenda exigebantur tributa, ut adeo pro hactenus libera Nobilitate hungarica mortalis advenerit ictus. Non pridem tantopere generosi Nobiles conticuere, neque ausi semet ostendere, semper tamen sperantes, et novam revolutionem fieri volentes; nullus attamen ausus fuit vel movere; unde liquet, quod tota generositas hungaro-magyarica consistat maxime in magna bucca!

Illuxit quidem aurora pro Hungaria anno 1860. Sua Majestas Imperator (118 ct.) Franciscus Josephus, post infaustum bellum Italicum, nationibus constitutionem impertitus, vi cujus Germani et Bohoemi, qui jam integrum Hungariae Regnum possidebant, illudque unseres neues Land vocabant, e Regno, id est ab officiis exesse jussi sunt, Administratio politica (exempta financia) et juridica Hungaris restituta fuit. Cum jubilo maximo celebratae sunt antiquae Restorationes, celebratae congregationes, blaterabantur longissimae orationes, ubi praeter invectiones in germanos nihil sapientiae fuit; officia iterum recepit sola ferme nobilitas, virus, et tyrannismus reinvaluit, verbo reducta est in ignobiles egyptiaca plaga novitus; ast tota haec potestas durabat uno dumtaxat anno perspectis namque horrendis abusibus, sua Majestas Comitata Pestinensia solvit, et taliter reinductus iterum provisorius administrationis Status, in quo nobilitas officia gerere detrectavit, (119 ct.) et ideo Sua Majestas clementer nominavit Supremorum Comitum Administratores, item Commissarios Regios, qui sibi subalternos officiales soli nominarunt. Taliter et rutheni quoque in commissarios Regios nominati fuere duo viri; scilicet Alexander Nehrebeczky, Parochi Alsó Ribniczensi filius primus in commissarium, postmodum in Cottu Unghensi officii supremi comitis Administratorem, alter vero Petrus Dolinay Cottu Marmarossiensi commissarius factus est, taliter plures talentis clari rutheni promoti ad officia sublimiora, e quibus aliqui adminus silentio praeteriri nequeunt, uti Joannes Lyachovics in cottu Unghensi, Cornelius Dobranszky in cottu Marmarossiensi Vicecomites, plures Notarii, Fisci, Judices Nobilium et ceteri creati. In specie in Comitatu Sarossiensi, Administrator Supremi Comitatus nominatus Joannes Hlavács, antehac ignobilis. (120 ct.) Judices Nobilium: Alexander Martyak, Michael Neviczky, Stephanus Petrik, Josephus Bereghy, Ant. Zavadczky, Georgius Lodomirszky, Fiscus Magistratualis Stephanus Kovaliczky, Assessor Juridicus Josephus Rojkovics etc. etc. omnes honesti et zelosi rutheni. Sic aperta est Janua etiam miseris ruthenis ad publica munia, quae hactenus ejus ferreis proclusa fuit vectibus.

---



дієцезіѣ були засудженѣ; почесный каноник и миковский парох, Йосиф Бованкович на два роки тюрмы в мукачѣвскѣм замку, а граф Йосиф Крейт, матисовський парох, на шѣсть лѣтну тюрму в Йосифштадськѣй вязницѣ.

По усмиреню малярськѣй революціѣ настала тымчасова влада нѣмецька, в урядах и в школах заведено нѣмецьку мову, настала система Баха, и цѣла Угорщина наповнилася Нѣмцями. Здиралѣ страшнѣ податки и тым нанесли смертельный удар свѣбѣднѣй досѣ малярськѣй шляхтѣ. Недавно ще так славнѣ лицарѣ замовкли и не мали одваги навѣть показатися, та однак все надѣялися и бажали новоѣ революціѣ; однак анѣ оден не одважився навѣть рушитися, з чого ясно, що угорсько-малярське геройство було дуже велике лише на губу!

Та знов 1860. засѣяла ясна зоря для Угорщины. Их величество цѣсар Франц Йосиф по нещасливѣй вѣйнѣ з Италією, надав народам конституцію, силою котроѣ Нѣмцѣ и Чехи, що вже обсѣли були весь малярський край и його »своим новым краем« называли, дѣстали наказ забратися з краю, се е з урядѣв. Политичну управу краю (администрацію) (з выѣмком финансѣв) и судову повернено назад Уграм. З дуже великою радѣстю витали знов наново приверненѣ давнѣ установы, одбувалися торжественно великѣ зборы, на яких выголошувано дуже довгѣ промовы, в котрых, кромѣ нападѣв на Нѣмцѣв, нѣчого мудрого не було. Уряды заняла знов майже выключно сама шляхта, обновилося насильство и тиранство, словом супроти не шляхтичѣв заведено знов египетску неволю. Але цѣла тота влада тревала тѣльки один рѣк; бо их величество увидѣвши страшнѣ надужитя розвязав пештенську державну раду и запровадив знов стан тымчасовѣй управы, в якѣй шляхта одказалася заняти мѣсця. Через то отже их величество именував ласкаво управителѣв найвысших урядѣв, як рѣвнож и королѣвських комисарѣв, котрѣ собѣ самѣ добирали пѣдчиненых урядникѣв. Таким чином и два Русины були именованѣ королѣвским комисарями, се е, Александер Негребецкий, сын нижнерыбницького пароха, назначеный найстаршим комисарем, а пѣзнѣйше наджупаном ужгородськѣй жупы, а другий Петро Долинай комисарем мараморошськѣй жупы. В такой спѣсѣб до высших урядѣв дѣйшло много славных и талановитых людей, з котрых бодай деяких не можна мовчки проминути, як вицежупаны Иван Ляхович в ужгородськѣй жупѣ, Корнило Добрянський в мармарошськѣй, много були именованѣ нотарями, скарбовиками, шляхотськими судьями и иишѣ. В шарышськѣй жупѣ именовано наджупаном Ивана Главача, до того часу незнаного чоловѣка. Шляхотськими судьями стали: Александер Мартяк, Михайло Невицкий, Штефан Петрик, Йосиф Безегій, Антон Завадський, Юрій Ладомирський, скарбовым урядником Стефан Ковалицкий, правничим засѣдателем Йосиф Ройкович и пр. и пр. всѣ чеснѣ и ширѣ Русины. Так и для бѣдных Русинѣв отворилися дверѣ до публичных урядѣв, якѣ до того часу були замкненѣ желѣзными замками.







Товариство «Просвѣта» при участі всѣх руських товариств в Ужгородѣ устроює в суботу, 28. апрѣля 1928. року о 8<sup>1/2</sup> год. вечером в салѣ мад. Касина в Ужгородѣ

## СВЯТОЧНЫЙ ВЕЧЕР

з нагоды 125-лѣтнего ювилею народження

### А. Духновича

славного пѣкарпатського поета и будителя.

В святѣ беруть участь: Руський Національний Хор в Ужгородѣ — диригент проф. О. Приходько. — Руський Національний Хор в Йовро-Дермѣ — диригент А. Миньо держ. учитель. — Руський Національний Хор на Цегольнѣ — диригент С. Куцин, держ. учитель.

350 участникѣв.



### ПРОГРАМА.

1. Вступне слово: скаже п. П. Яко, учит. горож. школы.

2. а) Духнович—Лиско: «Подкарпатскі Русины». б) Духнович—Дрославенко: «Руський марш». в) Духнович—Гайворонський: «Пѣснь простонародна», «Счастіє жизни». «Пѣснь народна», «выконає «Руський Національний Хор» в Ужгородѣ, диригент: проф. О. Приходько. Хор 250 членѣв.

3. Духнович: «Вручаніє». декламує С. Попович, учен. IV. класы руськоѣ горожаньскоѣ школы.

4. а) Духнович—Кизима: «Я Русин был». б) М. Леонтович: «Над рѣчкою», народна пѣсня, в) М. Лисенко: «Ой, гила, гусоньки», народна пѣсня, «выконає «Руський Національний Хор» з Йовро-Дермѣ, диригент: А. Миньо, держ. учитель.

5. Гренджа-Донський: «Арештованя А. Духновича», декламує И. Гуга, ученик IV. кл. руськ. горож. шк.

6. а) М. Лисенко: «Ой любив та кохав», нар. пѣсня. б) «На городѣ калинонька», нар. пѣсня. «Кину кужель на полицю» нар. пѣсня, «выконає «Руський Національний Хор» на Цегольнѣ, диригент: Ст. Куцин держ. учитель.

7. Духнович: «Лебединая пѣснь», декламує П. Шкіряк, учен. IV. кл. руськ. горож. шк.

8. а) М. Лисенко: «Верховино, ты свѣтку нап», коломийка. б) М. Леонтович: «Ой пряду, пряду», нар. пѣсня. в) Кропивницький—Кошиць: «На улицѣ скрипка грає», «выконає «Руський Національний Хор» в Ужгородѣ (малый), диригент: проф. О. Приходько.

9. Духнович: «Тоска над гробом милоѣ», декламує: Елла Борецька, пластунка.



Вступ на салю за добровѣльными датками.